

†  
BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA.

Saldrá el primero y tercer Jueves de cada mes, ó en algun otro dia, como disponga el Prelado.—Se suscribe únicamente en esta Ciudad y casa de D. Telesforo Oliva, calle de la Rua, núm.º 25, á seis reales cada trimestre dentro y fuera de la Ciudad, franco de porte.—No se venden números sueltos.—Las reclamaciones se dirijirán al Director del Boletín, en carta franca que no admitirá sin este requisito.

Prosequitur *Memorialis Rituum* insertatio.

## TITULUS IV.

## DE FERIA QUINTA.

IN COENA DOMINI.

## CAPUT I.

DE PRAEPARANDIS PRO FUNTIONIBUS IN HAC FERIA V. PERSOLVENDIS.

In Altari.

1. *Altare solemniter ornatum, et cum Pallio albi coloris.*
2. *Crux inter Candelabra, tecta velo albi coloris.*
3. *Missale super pulvino albo, sive legili in cornu Epistolae.*

In Abaco, seu Credentia.

1. *Calix pro Missa cum ornamentis coloris albi, et duplici Hostia.*

2. *Alius Calix cum Palla, Patena, Velo albo, et et ligula serica albi coloris.*
3. *Pixis cum Particulis consecrandis ad Communionem Populi, et Infirmorum.*
4. *Pelvicula cum Urceolis vini, et aquae, et Manutergio.*
5. *Schedulae tradendae Communicatis.*
6. *Cruce processionalis cooperta Velo violaceo.*
7. *Thuribulum cum Navicula.*
8. *Velum humerale albi coloris.*
9. *Mappa oblonga extendenda super Cancelos in Communione Populi.*
10. *Baldachinum hastatum, vel Umbella pro Processione, extra Cancellos.*
11. *Crotalum pro signo Salutationis Angelicae.*

#### In Sacristia.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*
2. *Amictus, Alba, Cingulus, Manipulus, Stola, et Planeta albi coloris.*
3. *Pluviale Album.*
4. *Stola violacea.*
5. *Foculus cum igne, et forcipe.*
6. *Funalia, sive Candela pro Processione.*

#### In Sacello parato pro repositione Sanctissimi Sacramenti.

1. *Locus ipse ab Altari majori distinctus, et decenter velis pretiosis, non tamen nigris, et luminibus, ac floribus ornatus, sine Reliquiis, aut imaginibus Sanctorum.*
2. *Supra Altare ibidem erectum Capsulla elegans clave firmata, pro Calice servando.*
3. *Corporale stratum intra Capsulam.*
4. *Aliud Corporale super Altare.*
5. *Scabelum graduatum pro repositione Calicis in Capsula.*



CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS FER. V.

IN COENA DOMINI PERAGENDIS.

§. I. De Missa usque ad Processionem.

1. Sonus harmonicus Campanarum pro convocatione Populi.
2. Clerici induti Superpelliceis disponunt omnia suis locis, ut supra.
3. Rector interim excipit Confessiones suorum Parochianorum.
4. Hora congrua Rector Ecclesiae celebraturus induit se paramentis Missalibus albi coloris.
5. Primus Clericus accendit candelas in Altari majori, et aptat Calicem in medio ejus, et retro illum Pixidem cum particulis.
6. Celebrans, praecedente primo Clerico, et post eum secundo cum tertio manibus junctis, procedit tecto capite ad Altare pro Missa.
7. Incipit Missam omisso in Confessione Psal. *Judica me Deus etc.* et *Gloria Patri*.
8. Ad *Gloria in excelsis* pulsantur Capanae, quae deinde silent usque ad Sabbatum Sanctum.
9. Ultra Hostiam consuetam consecratur et alia, et Particulae pro Communionem Fidelium, et pro infirmis.
10. Dicitur, ut alias, *Agnus Dei*, licet in Missa solemni non sit danda Pax.
11. Dum Celebrans dicit Orationes ante Communionem, primus Clericus portat ex Abaco ad Altare Calicem vacuum cum Palla, Patena, et Velo albi coloris.
12. Celebrans sumpto Sanguine, et cooperto Ca-



Itē, ex quo sumpsit, alterum Calicem ponit in medio Corporalis, et detegit.

13. Genuflectit, et alteram Hostiam consecratam reponit in Calice, cooperit Palla, et Patena inversa, et Velum desuper expandit, et genuflectit.

14. Accipit Pyxidem, et ponit eam ante calicem velatum: discooperit, et facta genuflexione, retrahit se in cornu Evangelii (1) versa facie ad cornu Epistolae.

15. Clericus genuflexus in cornu Epistolae, omnibus similiter de Clero, et Populo genuflectentibus, dicit: *Confiteor Deo etc.* et Celebrans subjungit: *Miserereatur etc.* et *Indulgentiam etc.* ut alias.

16. Celebrans accedens ad medium genuflectit, et accepta Pyxide, vertit se ad communicandos, et dicit de more, ter: *Ecce Agnus Dei etc.*

17. Fit Communio Clericorum apud Altare, deinde Virorum, et Mulierum ad Cancellos, expansa Mappa ante pectus eorundem.

18. Peracta Communione, Celebrans ad Altare cooperit Pyxidem, et eam servat in Tabernaculo.

19. Deinde dicto: *Quod ore, etc.* se purificat, et facta genuflexione, abluit digitos super calicem, et super Altare de more: et reaccedens ad medium genuflectit, et sumit abluitionem digitorum.

20. Calix Misae defertur ad Credentiam, accenduntur Cerei in Sacello Sepulcri: disponitur Baldachinum, sive Umbella et distribuuntur cerei pro sodalibus si adsint, vel cultioribus de Populo.

21. Celebrans prosequitur Missam, in qua haec observabit.

Exterso Calice genuflectit, accedit ad cornu Epistolae, et legit *Communionem*.

---

(1) *Caer. Ep. I. 2. c. 29., Bauld. p. 3. c. 11. art. 10. n. iv.*



Venit in medium, genuflectit, osculatur Altare, et retrahens se a latere Evangelii dicit: *Dominus vobiscum*.

Redit in medium, genuflectit, et accedit ad cornu Epistolae, ubi legit *Postcommunio*.

Iterum in medium, genuflectit, osculatur Altare, vertit se, ut prius, dicit: *Dominus vobiscum*, et *Ite Missa est*.

Vertit se ad medium, genuflectit, dicit: *Placeat etc.* osculatur Altare, dicit *Benedicat vos etc.* et genuflectit.

Vertit se in cornu Evangelii: dat benedictionem, et non perficiens circulum, convertit se ad latus Evangelii, non rediens in medium.

Dicit Evangelium S. Joannis, ad quod signat librum, vel tabellam, non autem Altare.

Ad *Verbum Caro factum est etc.* genuflectit versus Sacramentum.

22. Celebrans, completa Missa, accedit ad medium, genuflectit, et per breviorē descendit ad planum Epistolae.

23. Ibi per manus Clericorum deponit Planetam, et Manipulum, et accipit Pluviale albi coloris.

## §. II. De Processione SS. Sacramenti ad Sacellum.

1. Celebrans accedit ante Altare, et facta genuflexione in plano, orabit genuflexus in inferiori gradu.

2. Primus Clericus accipit Thuribulum cum igne, et Naviculam cum thure, et accedit ad Celebrantem.

3. Celebrans surgens, imponet thus in Thuribulo sine benedictione, ministrante Naviculam secundo ex Clericis sine osculis.

4. Celebrans ascendit gradus Altaris, et genuflexus in suppedaneo incensat SS. Sacramentum in Calice.



5. Deinde accipit Velum humerale, et surgens accedit ad Mensam Altaris: genuflectit, surgit, et ad cautelam firmat velum Calicis ligula serica albi coloris.

6. Accipit Calicem sinistra per nodum, submit- tens eam Velo, et dexteram ponit supra quam secundus Clericus extendit extremitates ambas Veli humeralis.

7. Celebrans cum Calice vertit renes Altari, et incipit Hymn *Pange lingua etc.*

8. Proceditur ordine sequenti ad Sacellum Sepulchri.

1. Vexillum consuetum in delatione SS. Viatici.

2. Sodales, vel pii Viri cum luminibus.

3. Crux Processionalis delata a tertio Clerico.

4. Primus Clericus cum Thuribulo fumigante.

5. Celebrans sub Baldachino, vel sub Umbella, et a sinistris ejus secundus Clericus elevans vestis anterioris ejus extremitates, dum descendit gradus, vel ascendit, recitantes Hymn. *Pange lingua etc.*

9. Ad Sacellum omnes se disponunt per duas partes ita ut Thuriferarius, et Celebrans sub baldachino possint transire per medium illorum.

10. Deferentes Labarum, et Crucem sistent e regione Sacelli.

11. Celebrans ascendit Altare Sacelli, et deponit Calicem supra Altare: genuflectit, descendit primum gradum, et genuflexus in suppedaneo deponit Velum humerale.

12. Interim deferentes Baldachinum asportant illud ad locum congruum.

13. Celebrans surgens imponit iterum incensum in Thuribulo sine benedictione, et sine osculis: et genuflexus super suppedaneo Sacramentum incen-



sat, et Clerici recitabunt Vers. *Tantum ergo Sacramentum etc.*

14. Deposito Thuribulo Celebrans surgit, ascendit ad Altare, genuflectit, et accipiens Calicem, illum recondit in Capsula, admoto per secundum Clericum scabello gradato, si opus erit.

15. Iterum genuflectit, et postea claudit Capsulam: genuflectit, et descendit in plano Sacelli.

16. Celebrans genuflectit in gradu infimo Altaris, et post aliqualem Orationem surgit, et facta genuflexione ambobus genibus in plano, praecedente Cruce, medius inter Clericos revertitur ad Altare tecto capite:

### §. III. De Pyxidis asportatione.

1. Cum omnes pervenerint ad Altare, Crux deponitur loco suo, et secundus, et tertius Clericus accipiunt cereos accensos.

2. Celebrans, facta genuflexione, ascendit Altare, extrahit e Tabernaculo Pyxidem cum particulis: collocat eam super Corporale, et genuflectit.

3. Descendens genuflectit in suppedaneo, et accipit a primo Clerico Velum pro humeris.

4. Ascendit Altare, genuflectit, et manibus velatis, accipit Pyxidem, et praecedentibus Clericis cum cereis accensis, portat Pyxidem ad altare Sepulchri, et collocat super Corporale, et postea genuflectit.

5. Deinde descendens, genuflectit in suppedaneo, ubi per manus Clerici deponit Velum: interum ascendit, et genuflectit; aperit Capsulam, et recondit in ea Pyxidem, retro Calicem.

6. Genuflectit, et claudit Capsulam, et facta oratione in infimo gradu, genua flectit in plano, et revertitur, tecto capite, in Sacristiam.

7. Ibi deponit Pluviale, et stolam albi coloris,



et sumit Stolum violaceam tantum, aptatam in modum Crucis.

§. IV. De Altarium denudatione.

1. Celebrans paratus, ut supra, associatus a Clericis manibus junctis, accedit ad Altare.

2. In plano, apud quod stans, inchoat alta voce Antiph. *Diviserunt sibi*, quam prosequitur cum Psalmo *Deus Deus meus respice in me etc.* recitans illum cum Clericis.

3. Interim Celebrans ascendit Altare, quod denudat, amovendo Tobaleam superiorem, et alias.

4. Clerici recipiunt Tobaleas, et amoveant ab Altari Vasa florum, Pallium, Tapete etc. adeo ut in Altari non remaneant nisi Crux, et Candelabra cum candelis extinctis.

5. Celebrans, denudato Altari majori, procedet ad denudationem reliquorum Altarium, si plura adsint.

6. Denudatis Altaribus, Celebrans redit ante Altare majus: ubi post ultimum versum Psalmi, repetita Antiphona, genuflectit ad signum meridianum Salutationis Angelicae.

7. Clericus cum Crotalo dat signum Salutationis Angelicae, ad quod omnes genuflectunt.

8. Surgit deinde Celebrans, et facta reverentia Cruci *quia paratus*, Clericis genuflectentibus, revertitur in Sacristiam.

9. Ibi paramenta deponit, et, gratis de more peractis, jubet, ut omnia suis locis reponantur.

10. Primus Clericus amovebit a Cruce Altaris majoris vestem coloris albi, remanente consueta veste violacea.

11. Curabit parochus, ut asidue adsint, qui



orent ante SS. Sacramentum in Sacello Sepulchri, ut-  
que decens numerus Cereorum in eo colluceat.

**TITULUS V.**  
**DE FERIA SEXTA.**

IN PARASCEVE.

**CAPUT I.**

DE PRAEPARANDIS PRO OFFICIO HUIUS FERIAE.

In Altari Majori.

1. *Altare ipsum undequaque nudum cum sex Candelabris habentibus Cereos extinctos cerae communis.*
2. *CruX lignea in eodem, cooperta Velo, quod facile solvi, et removeri possit.*
3. *Pulvinar violaceum in secundo gradu ejusdem Altaris.*

In Abaco, seu Credentia Altaris Majoris.

1. *Mantile lineum planitiem Abaci non excedens.*
2. *Mappa unica plicata pro Altari ad mensuram Mensae.*
3. *Legile cum Missali.*
4. *Bursa nigri coloris cum Corporali, Palla, et Purificatorio.*
5. *Thuribulum, et Navicula cum thure.*
6. *Velum nigrum pro Calice in fine Officii.*
7. *Pelvicula cum Ampullis vini, et aquae, et Manu-tergio.*
8. *Lanx argentea pro oblationibus.*

Prope Abacum.

1. *Tapete, Pulvinar violaceum, et Velum album serico violaceo contextum.*
2. *CruX Processionalis.*



In Sacello Sepulchri.

1. *Corporale stratum super Altare.*
2. *Velum humerale album.*
3. *Baldachinum, sive Umbella albi coloris.*
4. *Intortitia, et Cerei pro Processione.*

In Sacristia.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*
2. *Amictus, Alba, Cingulus, Manipulus, Stola, et Planeta nigri coloris.*
3. *Foculus cum Igne, et Forcipe.*

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS IN HAC FERIA VI.  
IN PARASCEVE PERSOLVENDIS.

§. I. *De principio Officii usque ad denudationem Crucis.*

1. Hora competenti datur signum cum Crotalo, et Celebrans, et Clerici accipiunt Superpellicea in Sacristia, et disponuntur omnia, ut supra.
2. Celebrans, lotis manibus, accipit Amictum, Albam, Cingulum, Manipulum, Stolam, et Planetam nigri coloris.
3. Praecedentibus Clericis manibus junctis accedit ad Altare majus tecto capite.
4. Detecto capite genuflectit in plano Altaris, et procumbit super Pulvino posito in secundo gradu, et orat spatio unius *Miserere*.
5. Primus Clericus, accepta Mappa, illam extendit per longum super Mensam Altaris, adjuvante secundo Clerico, non explicando eam per latitudinem; ita ut duplitas sit versus medium Altaris, et partes explicandae versus frontem ejusdem Altaris.



6. Tertius Clericus collocat Legile cum Missale in cornu Epistolae.

7. Celebrans surgit a procubitu, et amoto per Clericum pulvinari, ascendit Altare, et osculatur illud in medio.

8. Accedens ad cornu Epistolae legit primam Lectionem cum Tractu.

9. Deinde dicit: *Oremus*, et genuflectens cum omnibus: *Flectamus genua*, et secundus Clericus primo surgens: dicit *Levate*, et Celebrans subjungit Orat. *Deus a quo etc.*

10. Deinde legit secundam Lectionem, et Tractum, ac successive Passionem.

11. Dicto ibidem: *Munda cor meum etc.* prosequitur eam partem, quae cantaretur in tono Evangelii.

12. In fine non osculatur librum, sed immediate (nisi sit habendus sermo de Passione) incipit in eodem cornu Epistolae Monitiones, et Orationes, ut in Missali.

13. Ante singulas Orationes, octava excepta Celebrans genuflectens, prout faciunt, et caeteri, dicit: *Flectamus genua*, et secundus Clericus, surgens ante omnes, dicit: *Levate*.

14. Circa finem Orationum, primus Clericus, adjuvante tertio, extendit ante gradus Altaris, vel Presbiterii Tapete, et super primos ejus gradus Pulvinar violaceum, et Velum albus serico violaceo contextum expandunt per longum.

## §. II. De Crucis denudatione, et adoratione.

1. Completis Orationibus, Celebrans stans in eodem cornu Epistolae deponit Planetam tantum.

2. Deinde genuflectit in medio Altaris, et accipit Crucem, et primus Clericus accipit Missale.

3. Celebrans accedit ad angulum posteriorem cor-



nu Epistolae, facie versa ad Populum, et Clericus ustinebit Missale ante illum.

4. Celebrans manu dextera detegit summitatem Crucis usque ad transversum illius exclusive, et Crucem ambabus manibus aliquantulum elevans, gravi voce legit: *Ecce lignum Crucis*: et Clerici eadem voce prosequuntur: *In quo salus mundi pependit*. Et genuflectentibus omnibus, praeter Celebrantem, Clerici subjungunt: *Venite adoremus*, et deinde surgunt.

5. Celebrans in anteriori parte cornu Epistolae discooperiens brachium dexterum Crucis, et caput Crucifixi, et magis elevans Crucem, et vocem, secundo dicit: *Ecce lignum Crucis*.

6. Clerici prosequuntur: *In quo salus mundi pependit*, et successive: *Venite adoremus*; et genuflectunt omnes, ut prius.

7. Celebrans tandem in medio Altaris totam discooperiens Crucem, ac altius manum, et vocem elevans, dicit tertio: *Ecce lignum Crucis*.

8. Clerici tertio prosequuntur, respondent, et genuflectunt, ut supra.

9. Tertius Clericus ponit Lancem a latere sinistro pulvinaris, et primus reponit Missale super legile, et discooperitur Crux Processionalis, et aliae omnes per Ecclesiam.

10. Celebrans descendens per latus Evangelii portat devote Crucem ambabus manibus elevatam ad locum praeparatum.

11. Ibi genuflexus collocat Crucem super velum pulvino superpositum, et firmat eam chordulis.

12. Surgit, et facta genuflexione, vadit ad plenum cornu Epistolae, ibique sedens in scabello, deponit calceamenta, Clericis adjuvantibus.

13. Celebrans excalceatus procedit ad adorationem Crucis, quam primo, secundo et tertio cum de-



bita distantia adorat, offert pecuniam, et osculatur Crucem.

14. Surgit, et facta genuflexione Cruci, redit ad scabellum in plano Epistolae, et calceamenta resumit.

15. Clerici deponunt et ipsi calceamenta, et post Celebrantem, ante omnes alios de Populo, adorabunt Crucem, eodem modo, quo Celebrans, et reversi ad sua loca, calceamenta resumunt.

16. Post Clericos adorabunt Sodales cum saccis, si adsint, deinde Viri, ultimo Mulieres: omnes bini, devote, ac graviter.

17. Interim primus Clericus assistet adorantibus, et secundus et tertius Clericus accedunt ad Celebrantem, et alta et clara vece (1) recitant cum eo Improperia, ut hic.

*Improperia recitanda a Celebrante cum secundo,  
et tertio Clerico.*

### PRIMA PARS.

*Cel.* ✕. Popule mens, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

✕. Quia eduxi te de terra Aegypti: parasti Crucem Salvatori tuo.

2. *Cl.* ✕. Agios o Theos.

3. *Cl.* Sanctus Deus.

2. *Cl.* Agios ischyros.

3. *Cl.* Sanctus fortis.

2. *Cl.* Agios athanatos eleison imas.

3. *Cl.* Sanctus immortalis, miserere nobis.

*Cel.* ✕. Quia eduxi te per desertum quadraginta annis: et manna cibavi te, et introduxi te in terram satis bonam: parasti Crucem Salvatori tuo.

---

(1) *Bauldr. p. 4. cap. 10. art. 5. n. 6.*



2. *Cl.*  $\text{ϩ}$ . Agios o Theos,  
3. *Cl.* Sanctus Deus.  
2. *Cl.* Agios ischyros.  
3. *Cl.* Sanctus fortis.  
2. *Cl.* Agios athanatos eleison imas.  
3. *Cl.* Sanctus immortalis, miserere nobis.  
*Cel.*  $\text{✠}$ . Quid ultra debui facere tibi, et non  
feci? Ego quidem plantavi te vi-  
neam meam speciosissimam: et tu  
facta es mihi nimis amara; aceto  
nanque sitim meam potasti, et  
lancea perforasti latus Salvatori  
tuo.  
2. *Cl.*  $\text{ϩ}$ . Agios o Theos.  
3. *Cl.* Sanctus Deus.  
2. *Cl.* Agios ischyros.  
3. *Cl.* Sanctus fortis.  
2. *Cl.* Agios athanatos eleison imas.  
3. *Cl.* Sanctus immortalis, miserere nobis.

## SEGUNDA PARS.

- Cel.*  $\text{✠}$ . Ego propter te flagellavi Ægyptum  
cum primogenitis suis; et tu me  
flagellatum tradidisti.  
2. et 3. *Cl.*  $\text{ϩ}$ . Popule meus, quid feci tibi? aut  
in quo contristavi te? responde  
mihi.  
*Cel.*  $\text{✠}$ . Ego eduxi te de Ægypto, demerso  
Pharaone in mare rubrum; et  
tu me tradidisti Principibus Sa-  
cerdotum.  
2. et 3. *Cl.*  $\text{ϩ}$ . Popule meus, quid feci tibi? aut  
in quo contristavi te? responde  
mihi.



*Cel. ✕.* Ego ante te aperui mare, et tu aperuisti lancea latus meum.

*2. et 3. Cl. ♀.* Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

*Cel. ✕.* Ego ante te praeivi in columna nubis: et tu me duxisti ad Praetorium Pilati.

*2. et 3. Cl. ♀.* Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

*Cel. ✕.* Ego te pavi manna per desertum; et tu me caecidisti alapis, et flagellis.

*2. et 3. Cl. ♀.* Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

*Cel. ✕.* Ego te potavi aqua salutis de petra; et tu me potasti felle, et aceto.

*2. et 3. Cl. ♀.* Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

*Cel. ✕.* Ego propter te Chananaeorum Reges percussi: et tu percussisti arundine caput meum.

*2. et 3. Cl. ♀.* Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

*Cel. ✕.* Ego dedi tibi sceptrum regale; et tu dedisti capiti meo spineam coronam.

*2. et 3. Cl. ♀.* Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.



- Cel.* ✕. Ego te exaltavi magna virtute; et tu me suspendisti in patibulo Crucis.
2. et 3. *Cl.* ☩. Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

### TERTIA PARS.

- Cel.* ✕. Crucem tuam adoramus Domine, et sanctam Resurrectionem tuam laudamus, et glorificamus; ecce enim propter lignum venit gaudium in universo mundo.

*Psalm.* Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.

2. et 3. *Cl.* ✕. Illuminet vultum suum super nos. et misereatur nostri.

*cel.* ✕. Crucem tuam adoramus Domine; et sanctam Resurrectionem tuam laudamus et glorificamus: ecce enim propter lignum venit gaudium in universo mundo.

2. et 3. *cl.* ☩. Crux fidelis inter omnes, arbor una nobilis, nulla sylva talem profert, fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

*Cel.* ✕. Pange lingua gloriosi lauream certaminis: et super Crucis trophaeo dic triumphum nobilem: qualiter Redemptor orbis immolatus vicerit.

2. et 3. *Cl.* ☩. Crux fidelis inter omnes, arbor una nobilis: nulla sylva talem profert, fronde, flore, germine.



*Cel. ✕.* De parentis protoplasti fraude factor  
condolens; quando pomi noxialis in  
necem morsu ruit; ipse lignum tunc  
notavit, damna ligni ut solveret.

*2. et 3. Cl. ♀.* Dulce lignum, dulces clavos, dulce  
pondus sustinet.

*Cel. ✕.* Hoc opus nostrae salutis ordo depo-  
poscerat multiformis proditoris ars  
ut artem falleret: et medelam fer-  
ret inde, hostis unde laeserat.

*2. et 3. Cl. ♀.* Crux fidelis inter omnes: arbor una  
nobilis: nulla sylva talem profert,  
fronde, flore, germine.

*Cel. ✕.* Quando venit ergo sacri plenitudo  
temporis; missus est ab arce Patris,  
Natus orbis conditor: atque ventre  
virginali carne amictus prodiit.

*2. et 3. Cl. ♀.* Dulce lignum, dulces clavos, dulce  
pondus sustinet.

*Cel. ✕.* Vagit infans inter arcta conditus prae-  
sepia: membra pannis involuta Vir-  
go Mater alligat: et Dei manus, pe-  
desque, stricta cingit fascia.

*2. et 3. Cl. ♀.* Crux fidelis inter omnes, arbor  
una nobilis: nulla sylva talem pro-  
fert, fronde, flore, germine.

*Cel. ✕.* Luxtra sex qui iam peregit, tempus  
implens corporis: sponte libera Re-  
demptor passioni deditus: Agnus in  
Crucis levatur inmolandus stipite.

*2. et 3. Cl. ♀.* Dulce lignum, dulces clavos, dul-  
ce pondus sustinet.

*Cel. ✕.* Felle potus ecce languet, spina, clavi,  
lancea, mite corpus perforarunt, un-  
da manat, et cruor: terra, pontus, as-  
tra, mundus, quo lavantur flumine.



2. et 3. Cl. ♯. Crux fidelis inter omnes arbor una nobilis: nulla sylva talem profert, fronde, flore, germine.
- Cel. ✕.* Flecto ramos arbor alta, tensa laxa viscera: et rigor lentescat ille, quem dedit nativitas: et superni membra Regis tende miti stipite.
2. et 3. Cl. ♯. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.
- Cel. ✕.* Sola digna tu fuisti ferre mundi victimam; atque portum praeferare arca mundo naufrago; quam sacer cruor perunxit, fusus Agni corpore.
2. et 3. Cl. ♯. Crux fidelis inter omnes, arbor una nobilis: nulla sylva talem profert, fronde, flore, germine.
- Cel. ✕.* Sempiterna sit Beatae Trinitati gloria: aequa Patri, Filioque par deus Paraclito: unius, trinique nomen laudet universitas: Amen.
2. et 3. Cl. ♯. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

18. Circa finem adorationis primus Clericus accendit Cereos Altaris, et tertius amovet Legile cum Missali ab Altari.

19. Deinde secundus, et tertius Clericus accedunt per planum ad Altare: alter ad cornu Evangelii, alter ad Epistolae, et explicant Tobaleam Altaris.

20. Successive secundus Clericus portat ad Altare Bursam cum Corporali incluso, et super eam Purificatorium: extrahit, et explicat Corporale et prope illud in parte Epistolae extendit Purificatorium.

21. Tertius Clericus collocat Missale cum Legili



super Altare in cornu Evangelii, apertum, et inversum, ut in Missa.

22. Completa adoratione, Celebrans reportabit Crucem ad Altare cum debitis genuflexionibus.

23. Clerici amovent tapete. pulvinar, velum, et lancem, et apponitur ignis in Thuribulo.

24. Celebrans apud scabellum in plano Epistolae resumit Planetam, et, aperto capite, accedit ante Altare.

§. III. *De Processione ad Sacellum, et regressu ad Altare cum SS. Sacramento.*

1. Celebrans ante Altare: et imponit sine benedictione, et sine osculis incensum in Thuribulo.

2. Dirigitur Processio ad Sacellum, ubi asservatur SS. Sacramentum, hoc ordine.

Vexillum Viatici.

Sodales, sive pii Viri.

Thuriferarius.

Crux Procesionalis denudata, et delata a tertio Clerico.

Celebrans cum Planeta, habens ante ipsum a sinistris secundum Clericum.

3. Ad Sacellum: Labarum, et Crux e regione Altaris: Procedentes hinc inde Sacellum in duas lineas, et juniores prope Labarum, seniores propinquiores erunt Altari.

4. Celebrans, facta genuflexione in plano Capellae, genuflectit in primo gradu Altaris, et orat parumper cum omnibus.

5. Surgit, aperit Capsulam, genuflectit, descendit primum gradum, stans imponit Incensum in Thuribulo sine benedictione, et sine osculis: accenduntur Cerei pro Processione, et disponitur Baldachinum, sive Umbella.



6. Celebrans genuflexus in Suppedaneo incensat Sacramentum in Capsula, surgit, et facta genuflexione, extrahit e Capsula Calicem, et ponit super Altare.

7. Genuflectit, claudit Capsulam, in qua remanet Pyxis cum Particulis: iterum genuflectit, et descendit primum gradum.

8. Genuflexus, in suppedaneo accipit Velum humerale, surgit, et facta genuflexione, stans accipit, ut heri, Calicem, et secundus Clericus Velo cooperit.

9. Celebrans vertit renes Altari, et facie ad Processionem, incoat alta voce Hymnum *Vexilla Regis prodeunt etc.* quem cum secundo Clerico prosequitur ut infra.

Vexilla Regis prodeunt:	Electa digno stipite.
Fulget Crucis mysterium:	Tam sancta membra tangere,
Qua Vita mortem pertulit;	Beata, cujus brachis
Et morte vitam protulit.	Pretium pependit sæculi,
Quae vulnerata lanceae	Statera facta corporis,
Mucrone diro, criminum	Talique prædam tartari.
Ut nos lavaret sordibus.	O Crux ave spes unica,
Manivit unda, et sanguine.	Hoc passionis tempore
Impleta sunt quae concinit	Piis adauge gratiam,
David fidei carmine,	Reisque dele crimina.
Dicendo nationibus;	Te, fons salutis Trinitas,
Regnavit à ligno Deus.	Collaudet omnis spiritus:
Arbor decora et fulgida,	Quibus Crucis victoriam
Ornata Regis purpura,	Largiris, adde proemium. Amen.

10. Revertitur Processio ad Altare, ordine sequenti.

Vexillum Viatici.

Sodales, vive pii Viri cum Cereis accensis.

Crux Processionalis.

Thuriferarius continue Thuribulum agitant.

Celebrans sub Baldachino, habens secundum Clericum ante se a sinistris.



11. In Sacello remanent quatuor candelae accensae.
12. Vexillum reponitur extra Cancellos; Crux Processionalis prope Credentiam.
13. Sodales, et pii Viri remanent extra Cancellos; ibique dispositi, Cereos usque ad Officii finem in manibus tenebunt.
14. Baldachinum, sive Umdella deponitur ante Cancellos, et loco congruo collocatur.
15. Celebrans ascendit Altare, et Calicem ponit super Corporale: deinde genuflectit, surgit, et descendit primum gradum Altaris.
16. Deponit Velum, et stans imponit Incensum in Thuribulo sine benedictione, et sine osculis; deinde genuflexus in Suppedaneo Sacramentum incensat.

§. IV. *De reliquo Officio, et ritu hujus Ferae.*

1. Celebrans surgens accedit ad Altare, et genuflectit; deinde solvit, et amovet Velum a Calice, et ponit Patenam super Corporale.
2. Accepto Calice, deponit ex eo Sacram Hostiam super Patenam; deinde ambabus manibus Patenam ipsam accipiens, collocat Hostiam super Corporale, nihil dicens, neque signans, et Patenam ponit ubi alias, sed super Corporale, non subtus.
3. Celebrans, facta genuflexione, accipit Calicem, et accedit versus coru Epistolae, et Calicem sinistra tenens, ponit in eo vinum, et aquam sine benedictione, et nihil dicens:
4. Calix non abstergitur, sed ponitur in latere Corporalis.
5. Celebrans accedit in medio, et facta genuflexione, reponit Calicem in loco solito sine signo Crucis, et cooperit Palla.
6. Ibidem stans imponit Incensum in Thuribulo absque benedictione, et osculis.



7. Celebrans, accepto Thuribulo, genuflectit, et incensat Oblata, dicens de more: *Incensum istud etc.*

8. Incensatis Oblatis, iterum genuflectit, et (ex Decr. S. R. C. sub 14 Maii 1707.) incensabit Crucem, dicens *Dirigatur Domine etc.* et repetita genuflexione Cruci, prosequetur, more solito, incensationem Altaris, semper genuflectens quoties transit per medium.

9. Incensato Altari, dat Thuribulum in manu Thuriferarii, dicens: *Accendat in nobis etc.* et ipse non incensatur.

10. Celebrans immediate, advertens, ne terga vertat Sacramento, descendit e Suppedaneo in secundo gradu, et aliquantulum extra Altare in cornu Epistolae versa facie ad Populum, lavat manus, nihil dicens.

11. Redit ad medium Altaris, genuflectit, surgit, et junctis manibus super Altari, mediocriter inclinatus, dicit submissa, sed intelligibili voce: *In spiritu humilitatis etc.*

12. Celebrans osculatur Altare, genuflectit, et versus Populum in Cornu Evangelii dicit: *Orate fratres*, et redet per eandem viam, non perficiens circumlum, et iterum genuflectit.

13. Non respondetur: *Suscipiat.*

14. Celebrans junctis manibus ante pectus, in tono feriali, dicit: *Oremus: Praeceptis salutaribus etc.* et dum dicit: *Pater noster etc.* extendit manus.

15. Clerici respondent: *Sed libera nos a malo*, et Celebrans: *Amen* sub silentio; et adhuc tenens manus extensas, subjungit in priori tono feriali: *Libera nos etc.* et Clerici in fine respondent: *Amen.*

16. Celebrans genuflectit, surgit, discooperit Calicem, supponit Patenam Hostiae, et tenens manu sinistra Patenam super Altare, elevat dextera Hostiam, ut ab omnibus videri possit.



17. Celebrans declinat Hostiam immediate super Calicem jam discoopertum, et statim dividit eam in tres partes, more solito, nihil dicens, quarum ultimam immittit in Calicem, pariter nihil dicens, nec signans.

18. Cooperto Calice, genuflectit, et postmodum surgens, manibus junctis super Altari, et inclinatus, dicit secreto *Perceptio Corporis etc.* omissis duabus aliis Orationibus.

19. Celebrans iterum genuflectit, deinde, accepta Patena cum Hostia, ut alias, dicit: *Panem coelestem etc. Domine non sum dignus etc.* more solito, ter percutiens pectus.

20. Hostia se signat, dicendo: *Corpus Domini nostri etc.*, et se communicat.

21. Facta brevi meditatione, discooperit Calicem, et genuflectit.

22. Surgit, et collectis de more fragmentis, accipit ambabus manibus Calicem, nihil dicens, nec se signans, et sumit reverenter ex eo Particulam Hostiae cum Vino.

23. Celebrans, omissa consueta Calicis purificatione, more solito, abluit digitos super Calicem cum Vino, et Aqua.

24. Surgunt interim omnes, et Cerei extinguuntur.

25. Celebrans, sumpta in medio ablutione, Calicem tergit, Velo parvo nigro cooperit, atque componit; et inclinatus, manibus junctis ante pectus, dicit secreto: *Quod ore sumpsimus etc.*

26. Primus Clericus Calicem defert ad Credentiam.

27. Celebrans descendens in plano Altaris, et facta cum Clericis genuflexione Cruci, cooperto capite, revertitur in Sacristiam.

28. Ibi deponit Paramenta missalia, et super Cotam accipit Stolum albi coloris.



§. V. De Pyxidis Reppositione.

1. Celebrans, praecedente primo Clerico cum Velo, et duobus aliis cum Cereis, vadit ad Sacellum, ubi Pyxis remansit.

2. Facta genuflexione in plano, genuflectit in primo gradu inferiori, et orat parumper.

3. Surgit, ascendit Altare, aperit Capsulam, genuflectit, accipit Pyxidem, et eam collocat super Corporale, et iterum genuflectit.

4. Descendens primum gradum genuflectit in Suppedaneo, et accipit a primo Clerico Velum pro humeris.

5. Ascendit Altare, genuflectit, et manibus velatis accipit Pyxidem, et praecedentibus Clericis cum Cereis accensis, reportat Pyxidem, servandam in Tabernaculo posito super Altare alicujus remotioris Cappellae in Ecclesia, vel (*quod congruentius*) in Sacristia.

6. Debitis genuflexionibus Pyxidem servat: et ante eam lampas continuo ardeat.

7. Reposita Pyxide, omnes genuflectunt, et datur signum meridianum Salutationis Angelicae cum Crotalo.

8. Tandem extinguuntur Cerei Altaris, et omnia suis in locis reportantur.

9. Si autem non adsit Sacristia, vel Cappella remotior, ut supra; tunc Pyxis remaneat in loco, (1) ubi Calix repositus erat, et lampas ardens jugiter adsit.

(Prosequetur.)



---

(1) *Bauldr. p. 4. cap. 10. art. 5. n. 11.*



*Circular número 24.*

Con objeto de regularizar y abreviar la distribución de los Santos Oleos entre las Iglesias de fuera de la Ciudad, y que se verifique de modo que la Parroquia mas distante pueda recibirlos, cuando mas, el viernes Santo, S. E. I. el Obispo mi Sr., se ha servido dictar las disposiciones siguientes:

1.<sup>a</sup> Los Sres. Arciprestes, comisionarán persona de toda confianza que, con una credencial que le dé á conocer, se encuentre en ésta Capital precisamente al medio dia del miércoles 4 de Abril con todo lo necesario para conducir los Santos Oleos.

2.<sup>a</sup> Los comisionados entregarán sin demora su credencial al Sacristan mayor de esta Santa Iglesia, D. Eugenio Egido, quien lo anotará en la lista de Arciprestazgos que tendrá al efecto, y señalará á la hora á que deben concurrir. Dichos comisionados prepararán entre tanto cuanto hayan menester para su regreso, de tal modo que acto seguido de recoger los Santos Oleos en la Catedral, emprendan su marcha para la cabeza del Arciprestazgo, donde, bajo su responsabilidad, han de entregarlos el dia 5 hasta el anochecer, los que disten menos de seis leguas; y los restantes, á las diez de la mañana del 6.

3.<sup>a</sup> Los Sres. Curas comisionarán igualmente al Sacristan, ú otra persona que haga sus veces, para que se halle en la cabeza del Arciprestazgo á tiempo oportuno, segun la hora en que deben llegar los comisionados de esta Ciudad y reciba los Santos Oleos para su Iglesia. A estos ministros los despacharán sin detencion los Sres. Arciprestes, para que se verifique que, aun el mas distante, haya llegado el 6 en la noche á su Parroquia respectiva; y el 7 se



haga la bendición de la pila bautismal, según la Rubrica.

4.<sup>a</sup> Ningun Párroco dejará de enviar por los Santos Oleos á la cabeza de su Arciprestazgo, ni porque esté más próximo á la Ciudad, ni por alguna otra causa; y todos abonarán á su Arcipreste la cuota acostumbrada, con la que satisfaga al comisionado que envíe á esta Capital, y los demas gastos.

Los Sres. Arciprestes darán parte de haberse todo ejecutado en esta forma, y si hubiere algun omiso, quién haya sido.

5.<sup>a</sup> Las Iglesias de esta Ciudad seguirán recibiendo los Santos Oleos directamente en la Catedral; y aunque sus encargados han de llevarlos tambien en el dia 5, cuidarán de saber la hora, pues que antes han de ser despachados los comisionados de fuera. Salamanca y Marzo 15 de 1855.—Dr. D. *Marcelino Cagigal*, Vice-Srio.

---

*Secretaria de Cámara.*—AVISOS.

1.<sup>o</sup> Los Sres. Párrocos y demas Presbíteros de esta Diócesis que gusten aplicar misas, pueden acudir á esta Secretaria á recibir su estipendio.

2.<sup>o</sup> Ha sido nombrado Arcipreste interino de Alba, el Presbítero D. Luis Guedella, Cura Párroco de S. Miguel de dicha Villa.

3.<sup>o</sup> Sin perjuicio de lo ordenado en el Boletín del dia 8 del corriente, todos los Sres. Curas tan luego como reciban el presente, remitirán á su respectivo Arcipreste, nota espresiva del número de sumarios tanto de Cruzada como de Indulto Cuadregesimal que actualmente existen en su poder; ó bien, si aquellos



todos estuviesen espendidos, del número que mas urgentemente necesiten. Los Sres. Arciprestes recibirán instrucciones directas del Administrador de Cruzada acerca de este punto, y procurarán darles el mas entero cumplimiento. Salamanca y Marzo 15 de 1855.—*Dr. D. Marcelino de Cagigal, Vice-Srio.*

---

*Catálogo de los Sres. Obispos que ha tenido esta Santa Iglesia Catedral, con expresion del año en que comenzó su pontificado.*

1. Eleuterio, asistió en el Concilio Toledano 3.<sup>o</sup> . . . . . 579
2. Teveristo. . . . . 610
3. Hiccila, asistió en el Concilio Toledano 4.<sup>o</sup>. . . . . 632
4. Jóvila, asistió en el Concilio Toledano 6.<sup>o</sup>. . . . . 658
5. Egeredo, asistió en los Concilios Toledanos 7, 8 y 10. . . . . 640
6. Justo, asistió en el Concilio de Mérida. . . . . 660
7. Providencio, asistió en el Concilio Toledano 12. . . . . 670
8. Holemundo, asistió en tres Concilios Toledanos el 13, 15 y 16. . . . . 682
- En tiempo de este Prelado V, se perdió España.
9. Quindulfo. . . . . 780
10. Sebastian primero. . . . . 864
11. Fredesindo. . . . . 884
12. Dulcidio trasladó los cuerpos Santos de S. Eulogio martir, Arzobispo de Toledo, y de Santa Lucrecia de la Ciudad



de Córdoba á la Ciudad de Oviedo. Asistió en la consagracion de la Iglesia de Santiago, y en el Concilio de Oviedo. Estuvo cautivo en poder del Rey Abderramen de Córdoba por los años 921. Llega su memoria hasta los años desde 899 en que comenzó el Pontificado, hasta 947 en que terminó. Salvato lo fué tambien.

13. Teodomundo. . . . . 948

14. Sebastian Segundo Monge de S. Benito, Cronista del Rey Ramiro. . . . . 980

15. D. Gonzalo I. . . . . 1022

En tiempo de este Prelado se trasladó de la Ciudad de Sevilla á la de Leon el cuerpo del Doctor de las Españas San Isidoro. Pasó por esta Ciudad el cuerpo Santo, y se fundó por milagro la Parroquia de S. Isidoro.

16. Munio asistió en un Concilio celebrado en Oviedo. . . . . 1115

17. Giraldo. . . . . 1118

18. Gerónimo Visquio, Monge Benito, Canonigo de Toledo, Obispo de Valencia, confesor del Cid, Ruy Diaz: en su tiempo fundaron la Iglesia vieja, la Señora Reina Doña Urraca y el conde D. Ramon su marido. El Cristo de las Batallas le trajo este Prelado de Valencia, y las historias le dán titulo de Santo; y dicen mas, que obró Dios por él en vida y muerte milagros.

(Se continuará).